

**5796** Verulis LIG.; in turri ecclesiae cathedralis HOLST.; nella piazza della cattedrale GAR.  
Hodie in curia intus.

*in latere:*

DEDICATA KAL · IVN ·  
L ATE RA NO · ET  
RVFINO COS p. C. 197  
OB CVIUS DEDI CAT I  
5 ONE DEDIT DECVR · ET  
VI VIR · ET AVGVVS · X IIII  
DENDROPHO R X III · ADIEC  
TO PANE · ET VINO · POPV  
LO X I · CV RAN TE · VRGV  
10 LA NIO · SE CVNDO

L · ALFIO · L · F · COR  
VALENTINO · II ·  
VIR · II · Q · Q · P · M · V ·  
CVRAT · REI P · COL ·  
CASINATIVM · ET  
PATRONO · ORDO  
SEVIRALIVM · ET  
AVGVSTALIVM OB  
MERITA · EIVS  
L · D · D · D


Recognovi. Anticam solam proponunt Ligorius ms. Neap. 35 p. 264 (inde Panvinius cod. Vat. 6035 f. 131; Don. 5, 14 ex schedis quas ait Manutianas bibl. Vatic.; Mur. 1104, 7 ex Ligorio et Donio; verba CVRATORI · REI · PVBL · COL · CASSINATIVM [sic] edidit Panvinius imp. Rom. p. 714 ed. 1558, unde repetiverunt auctores Casinates Cafaro p. 6 et Gattola p. 739 n. 25 repetivique ego I. R. N. n. 714\*) et Gudius ms. 222, 2, ed. 208, 5 ex schedis Holstenii. Inscriptionem lateris primus edidit Garampius Ariminensis apud Masseium M. V. 362, 1 (inde Donat. 174, 1). Utramque dederunt idem Garampius Nov. Flor. 1749 p. 65 (inde Donat. 346, 3); Masciola inser. Casinat. ms. p. 16 missam a. 1771 ad Roccum Tarsiam a Franc. Carolo Medonii (inde Ponari inser. Casin. n. 400); Visconti cod. Paris. Lat. 9697 f. 35; Henzen n. 7101; Nissen; Zangemeister; I. B. Rossius, hi quattuor de visu.

Spatia in lapide plura relicita sunt non scripta propter scabritiem. — 2 VALENTINO Lig. cum suis. — 3 recte Ligorius cum Panv. et Donio, VIR · II · VIR · Q · Q · M · V Mur. interpolans. Significatur *Hvir* (*iterum*) *q(uin)q(uennalis)*, *p(atronus)* *m(unicipii)* *V(erulani)*.

**5799** effossa Verulis in aede cathedrali a. 1724 FONT. Extat in eadem affixa fronti aversae aerae maioris.

D P M A R T V R I I  
PB IN PCI KAL · DECEM  
BRIS D · SOIS IND · XII

Descripsit Rossius. Fontanini ms. bibl. capit. Utin. vol. XIX; Garampius Nov. Flor. 1749 p. 98; Amadarius anecd. litt. 2, 485 qui vidit a. 1773.



Descripti.

**5797** Verulis in biblioteca publica. Reliqui tituli una servati cum origine urbani videantur (cf. n. 728\*), hic magis est ut ad ipsas Verulas pertineat.

Q · BLAESIO · Q · F · CÖR · RVFO  
Q · BLAESIVS · Q · L · GRVPVS · PATER  
VETTIA · M · L · SALVIA · MATER  
F I L I O

5 QVOD · FACERE FVERAT GNATVM PAR PARENTIBVS  
GENITORES EIVS ACERBA MORS FACERE IMPVLIT

Descripti ad ectypum chartaceum quod servat Giorgius Ferentinas.

## LXXVI. ALETRIVM (*Alatri*).

Aletrium (sic tituli n. 5808, 5809, 5832, Cicero pro Client. 16, 46. 17, 49, 20, 56, Livius 9, 42, 44, c. 43, 23, Strabo 5, 3, 10 p. 237, Plinius 3, 5, 63, id est melioris aetatis auctores omnes, scilicet si codices sequimur optimos quosque; *Alatrium* liber coloniarum p. 230) cum pariter atque Ferentinum deficientibus Hernicis a. 448 in fide mansisset, Aletrinates deinde eadem atque illi condicione fuerunt (vide infra p. 572) et municipii quidem locum obtinuerunt (Cicero pro Client. 16, 46. 17, 49; infra n. 5808, 5832). Magistratus inveniuntur *censores* aetate liberae rei publicae (n. 5807), deinde *quattuorviri iure dicundo* (n. 5832; nude n. 5806) et *aediles* (n. 5832). *Praetor*, qui item aedilis fuit et *IIIIVir i. d.* (n. 5832), sacerdotis locum videtur obtinuisse. Decuriones utuntur nomine *senatus* (n. 5805, 5806, 5807). Adsunt *seviri Augustales* (n. 5809), item *seviri* (n. 5808). De tribu non satis constat, cum tituli solitarii omnes enuntient Aniensem (n. 5817), Publiliam (n. 5832), Romiliam (n. 5814).

Aletrinates tituli apud antiquiores non reperiuntur nisi apud unum SMETIVM; nam quos habet LIGORIVS non ex eo depromptos, ficticii sunt. Saeculo demum ut videtur XVIII (nam ex n. 5832 et n. 742\* inter se collatis intellegitur syllogae eius auctorem illum lapidem iam repperisse Alatri) sylloge lapidum Aletrinatum confecta est ea quam scriptam repertit Bormannus Romae inter collectanea Nardoniana, ediderunt ex parte DIONIGIA (*viaggi 1820*) f. 33, integrum MAROCCHIO (*mon. dello stato pontificio*) vol. 4 (a. 1834) p. 117—125. Leguntur in hac inscriptiones aliae genuinae et ex ipsis lapidibus ductae quamquam non sine interpolatione (v. n. 5813, 5819), aliae ex libris petitae non editis tantum, sed etiam Ligorii antea in lucem non prolatae, aliae denique ab ipso auctore aut transpositae (ut n. 748\*, 1) aut confictae. Ego quidquid hoc solo auctore nititur expuli.

**5800** ara parva. Alatri.

MARCELLVS  
N  
FORTVNAE  
PANTHEAE  
5 D D

Garruccius, qui non vidit, dedit.

**5801** tabula. Alatri in curia.

T R A *ian*  
poNT · MAX

Recognovi descriptam a Rossio.

**5802** Alatri.

magno eT · INVICTO  
imp. m. XVREL & ANTO  
nino pio FELICI & AVG  
arabic. QIADENIC

Garruccius descripsit.